Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

&diuersis crucib: ingemib: uerbum dī, euntes & flentes sup duricia cor dis eorum.
quod infuratur cum manipulorum fructib: portabant dicens. ait dns. Amen
dico uobis quia flebitis uos & lamentabitis mundus autem gaudebit. sed tristicia
uestra in gaudio conuertetur. Igitur & nos in tribulacione clamantes. eleue
mus mentes oculos ad auxiliatorem dm. ut eruat nos a saeuis dentibus mundorū.
auferat a nobis sceptrum dominacionis iniqui. ut solita miseracione largida
dum a captiuitate uiciorum absoluimur caelestis hierusalem aedificio tamquā
uiui lapides conectamur. CXXVI. Id est psalmus iste salomonis titu
lo pnotatur ut ipse fabricatur templi doceat se nihil
ualere aedificacionem eius sine dni auxilio

Nisi dns edificauerit domum in uanum laborant qui edificant eam.
Nossimus secundum apostolum templum dī quinisi pdnm ihm xpm aedifice
mur super fundamento apostolorum & prophetarum. In anuserit philoso
phorum reliquorūque secularū doctorum aedificacio. Nisi dns custodierit
ciuitatem. In uanū laborauerunt qui custodiunt eam. fidelis anima ciuitas
accipitur alter ni regis. quae cibos bonis id est honestis moribus frequentatur.
Quam nullius potest uri custodia. nisi illius qui non dormitans protegit israhelem.
Uanum est uobis ante lucem surgere. quia ante luce surgit noctis nas tenebras
palpat. sic & qui relicto euangelio lumine ad superius dicta dogma transierit.
In tenebris comoratur. Nec potest dominicae resurrectionis perfrui claritate.
surgite post quam sederitis qui manducatis panem doloris. Qui in humiliacione
quiescitis. eleuamini quinos in peccatis uel natus esse uel uiuere meministis.
& addm transire desideratis. Uel qui manducatis panem doloris. pro dolore
theodotion. & quinta aedicio idola int pretaxisunt. sextauero errorem sen
sus traq: iuxta simplicem intellegencia iste est. sine causa deuculo ad templum
curritis & dnm adorare uos creditis. qui idola parit adoratis & in mundo uesci
mini panem. Cum dederit dilectis suis somnum. quasi aliquis interrogas
si & quando hoc sit factum dicunt. Cum dederit dilectis suis somnum.
dilecti. sci sunt. post somnum presentis uitae qui hic dormitare uidentur
in resurrectione uidentur a dextra alterna mereantur peruenire. Ecce
hereditas dni filii merces fructus uentris. Cum sci ab hoc seculo accepto qui
es somno discesserint. Tunc fit hereditas dni. quia iam non subiacent
temptacioni. sed & ipse dns natus ex uirgine. Factus est fructus uentris.
cuius adsumpta humanitas hanc accepit mercedem. ut gentes uocate in
filios sint hereditas eius. Dedit eis inquit potestatem filios dei fieri.